Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

te iniustitias manus
is ure concinnant ⁊
alienati sunt pec
catores auulua ·
errauerunt abu
tero · locuti sunt
falsa ⁊
furor illis secundũ
similitudinem ser
pentis · sicut aspi
dis surde · ÷ &: ob
durantis aures suas
que non exaudiet uo
cem incantantium ·
&uenefica incan
tantis sapienter ⁊
si conteret dentes
eorum in ore ipso
rum · molas leonũ
confringet dns ⁊
ad nihilum deueni
ent tam quam aqua
decurrerunt. ns ·
intendet arcum su
um donec infirmentur ⁊
sicut cera que fluit
auferentur · ÷ sup:
cecidit ignis &non
uiderunt solem ⁊

Oerito ergo peccatores proiectos dicit auulua ecclesiae · qui nulla doctrina utilitatis imbuti sunt · quae nos sacro baptismate genuit in perpetuam lucem ⁊ Errauerunt abutero · qui contraria matri dogmata sunt secuti · Ipsi et falsa locuti sunt · quia ab eius scis doctrinis errauerunt ⁊

Dicit enim de aspide quae non exaudiet uocem incantantium · nec passa est audire uocem quae illam trahere potuisset ad lucem ⁊ sic uenefica malui uolus non trahitur adocente ad lumen ueritatis ⁊

Omnia ducta seuitia iudeorum · comparantur illis tot mala ingentia · a quibus nouimus in mania uenire periculum ⁊ Ds enim contra malos arcum a suis intendit · id est a comminationem suae potestatis · et tam diu terret · donec infirmati cedant · et ad confessionis salutem se conuertant ⁊

Obstinatorum iudeorũ furor irreuocabilis est · sicut serpentis · quibetiam mala consuetudo aspidis comparatur · quae ne exaudiat uerba incantantis · et suas latebras derelinquat ⁊ unam aurem dicitur suae caudae obdurare inflexione · alteram in terram deprimere · sic obduratis auribus cordis · iudaei noluerunt audire saluberrimam iussionem xpi ⁊

Contritum ds dentes iudaeorum · quando dolosa uerba ipsorum deducebantur ad nihilum ⁊ Leones fuerunt quando · cruento ore clamabant · crucifige crucifige ⁊ Confringebantur mole more ipsorum · quando non poterant dictis respondere uerissimis ⁊

Sicut enim cera igne dissoluitur · ita et isti qui in sua obstinatione perdurant · futuri iudicii igne perdentur ⁊ Auferent² dicit a conspectu di ⁊ Sup cecidit ignis · id iudicium mortis ⁊ Et non uidere solem · id dnm saluatorẽ ⁊ illũ enim conspicere nequeunt · nisi